

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1595

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 151 / Tabuteau 219 / Round 1170

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Héauville, Saint-Pierre, dépendance Saint-Martin de Marmoutier (prieuré)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1062

**Lieu d'émission :** La Hogue

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard exempté de coutumes le labourage des terres du prieuré d'Héauville, sauf les « cortilz » cultivés par les hommes des moines.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, pièces just., n° 35, p. 38.
- b. Couppey Louis (Abbé), *Notes historiques sur le prieuré conventuel d'Héauville à la Hague*, *Revue catholique de Normandie* n°7, 1898, p. 433, et tirage à part, p. 15 (traduction).
- c. Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1170, p. 423 (extrait).
- d. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°151, p. 335-336.
- e. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 200, p. 634-635.

## Dissertation critique

[1062]. On peut admettre que cette donation est contemporaine de l'acte précédent (SCRIPTA 1594) (voir FAUROUX, p. 335).

Texte établi d'après d

Notitia de hoc quod Guillelmus rex concessit, quando adhuc comes erat, agricolari monachis Sancti Martini consuetudinarias suas terras sine consuetudine apud Helvillam.

Tempore quo Frethebertus monachus custodiebat res Sancti Martini apud Helville, concessit rex Anglorum, qui adhuc erat comes, illi monacho et hominibus Sancti Martini quod illi laborassent terram de suis costumii sine ullo debito, sed rogavit ut tantum terram des cortilz non arassent, nisi vellent persolvere debita. Hoc solum prohibuit homines, sed monachis sine debito in dominicatu proprio laborandam concessit. Hoc concessit comes manducans

ad la Hoge de Boiville, audientibus Rogerio de Monte Gomario, Guillelmo Osberti filio, Hugone forestario, quem voluit percutere de una espalla porci, pro eo quod contradicebat illud donum.

Hoc autem bene habuit Sanctus Martinus donec Rothbertus Bertrannus ministerium vicecomitis accepit, qui miser pro hac re Sancti Martini prædam cepit, dicens se nescire regem istud fecisse. Tunc Gauslinus monachus, ex præcepto Rainaldi monachi, pro hac re mare transgrediens, clamorem fecit regi, qui iratus remisit prædictum monachum cum capellano suo, Bernardo Hospac filio, reginæ, præcipiens ei quod de Bertranno justitiam faceret Sancto Martino, et prædam redderet. Regina autem regi obediens coegit Rotbertum quæcumque de rebus Sancti Martini rapuerat reddere, in festivitate Sancti Johannis, in Nativitate, in domo de Ceresbroch, audientibus episcopis Luxovii et Abrincarum, Richardo vicecomite, Heudone, Humfrido Buhonensi.